187

Sigism: I. Rex Poloniæ Theodorico Bariss:

Gnose Fidelis Nr dilecte! Ea, quæ de Michaële Proditore scripsisti, intelleximus, nec mirum est, si homo nequissimus mala cogitet, et eo machinetur; idem tamen aliquando habiturus est mercedem suam. Et tamen, si quid deeo specialiter intellexeris, pro fide et debito suo, uti Fidelis Noster subditus nobis renuntiabis, quod vero Castrum — Schlochow in manus Raphaëlis de Lessno resignasti iuxta mandatum Nostrum, fidem et factum tuum probamus, propter quam tanto magis posthac tibi credemus, et merita Nrâ Gratiâ te ut fidelem Nrum prosequemur. Datum 3. Septembris 1510.